

EXAMEN VARIARUM LECTIONUM,
QUAS AD TEXTUM JESAIÆ HEBRÆUM
ALEXANDRINA VERSIO EXHIBET.

CUJUS

PARTEM DUODECIMAM

CONS. AMPL. FACULT. PHILOS. ABOËNS.

Modeste sistunt

JACOBUS BONSDORFF,

S. S. Theol. Licentiat. & Adjunct. Ordin.

ET

ANDREAS ENBOM,

Nericius.

In Audit. Mathem. die XIV Junii MDCCCVI.

H. p. m. f.

ABOË,

Typis FRENCKELLIANIS.

restituendum, alterum vero למעני e textu proscrībendum vult; Cel. PAULUS, cui adstipulatur *Exeget. Handb.* ex sequentibus, וכבורי ad יחל retrahere adnititur, ut sensus plenior evadat. Verum enim vero, in ipsa repetitione vocabuli למעני summam esse emphasin, nemo diffiteatur. Dein, si lingvæ ipsum genium, & primigeniam originem vocabuli מען spectaveris, quod Latinarum *rationi* exacte respondet, & apud Arabes, speciatim in fabulis Lockmanni tritissime adhibetur de *sensu*, existimatione, sive verborum sive personarum; non est infitiandum, hoc nomen in constructione cum ל præfixo, & יא perf. affixo valere: *propter existimationem, gloriam meam*, atque sic opportune quoque idem posse ad sequentem locutionem: איך יחל *quomodo profanabitur* subintelligi, scilicet *mea gloria*. Evanescet tum duritas syntaxeos, immo improbabilis conjectura כבורי adungere jubens, superflua erit. Postrema dictio: *gloriam meam alteri non dabo*, (concedam), necessario cohæret.

Vers. 14. זרעו כשדים perperam græcus transtulit: τα ἀραι σπερμα χαλδαιων. Dubius est locus. Multi existimant affixum 3 personæ ad ipsam gentem Babylonicam esse referendum, quasi Chaldæi appellarentur brachium, fortissimum auxilium Babylonicæ impetii; Perit vero hoc pacto parallelismus manifestus vocum זרע & הפץ, quæ ex frequenti Hebræorum more dicendi, Jehovahæ designant *potentiam & voluntatem*. Conf. ROSEN-MULLER in schol. h. l.

Vers. 16. Utrum additamentum codicis Alexandrini e Cap. XLV. 19 illatum: ἀδὲ ἐν τοπω γῆς σκοτεινῶ spurium fuerit, an genuinum in versione græca, non liquet. Pot-

uit quidem in Arabicam & Copticam versionem manare ex antiquo codice interpolato, aut ex conjectura.

Vers. 19. Quid מעותיו (*ἀπαξ λεγόμενον*) sit, dubitarunt antiquiores & recentiores. Alex. *χες της γης*, ex conjectura tantum; nam affixum certe respicit vocabulum ים vers. 18. Sæpius posteri Judaeorum comparantur cum arena (חול), atque propterea multi *lapillos* in fundo vel littore maris cogitarunt ex synonymia. Sed valde probabilius est, idem denotari hac feminina forma, ac מעים mascul. scilicet *viscera*. Mare immensum sistitur progignere quidquid in medio ejus s. visceribus fuerit, utpote undas, pisces cet. cum quorum omnium multitudine conferuntur prognati. Præter rem PAULUS radicem habet עיה Hebræis inusitatam, Arabibus autem notatione *evigendi* familiarem, unde *acervus, cumulus*.

Caput XLIX.

Vers. 5. Lectionem marginalem לִי prætulerunt quidem plerique ex Antiquioribus & Recentioribus, sed quoniam verbum סָתַם originaria sua significatione *aufserendi* sæpius apud Jesaiam obvenit, textualis scriptio, לִי longe opportunior censeatur oportet, ut fufius demonstravit Car. AURIVILLIUS in D. s. *de varietate lectionis* לִי & לוֹ.

Vers. 7. Epitheta: מתערב *spernens animam* & גוי *contemptus a gentibus*, ad servum Dei, per totum hoc Caput descriptum, pertinere probe intellexerunt quotquot operam suam in interpretatione Codicis sacri collocarunt. In eo autem primum non conveniunt, qua-

quam sub forma, *nominali* an *participiali*, verba allata exponantur. Qui nominalem adoptant, abstractum pro concreto positum esse docent: *contemptus animæ, abominatio gentis*, pro eo, *qui animam spreverit suam, quemque gentes abominantur*. Repugnat vero analogia lingvæ & constantissimus interpretum antiquiorum consensus, qui participialem formam habuerunt. Alexandr. *τον Φαυλιζοντα την ψυχήν αὐτῆς, τον βδελυσσομενον ὑπο των εθνων*. At. que verisimillimum omnino videtur, verba textus, *כִּי* in Participio Kal, *spernens*, *רַעַמְתָּ* in Pjal s. Passivâ forma, *contemptus* efferenda esse, qua levisima interpunctionis mutatione omnis evanescit anomalix difficultas. At vero, si subjectum ipsum, cui hæc competunt epitheta, indagare volueris, quanta sunt sententiarum divortia! Quandoquidem enim propheta sapius antea populum Israëliticum nomine *עַבְדֵי* *servi* insignierit, atque fata ejus longe tristissima prædixerit, afflictos hosce & contemptum habitos Dei servos alloqui fortassis potuit, sicubi reliqua orationis series id permiserit. Quis autem versum 5. 8. 9. & Cap. I. v. 10 cum hoc interpretationis genere conciliabit unquam, ubi manifestum est, ministrum Divinum, spretum & contemptum distingvi a Jacobitis ac Israëlitis, quos ad se reducet, ac liberabit, & quorum fidejussor erit, a Deo constitutus. — Recognosce porro, quam fucili argumento descriptio hujus ministri, utpote *lucis omnium gentium, restauratoris atque salutis* (v. 6.) in gentem Judaicam, saniolem licet, accommodaretur; quam perperam & inficete in hac saltim orationis serie statueretur, reges principesque ad ejus conspectum quondam subsistere, adoraturos; quamquam inficis nequaquam ibimus, prophetam, alibi feliciora fata suorum popularium decantantem, festivam spem ipsis ingeneraste, ut magna colerentur veneratione. Conf. v. 22, 23. Flectit vero sermonem suum Vates Divinus ab

uno ad aliud subjectum, nec difficile est judicatu, cur
 faniores suæ gentis reduces, in societatem Meslianæ salu-
 tatis ac venerationis recipiendos, laudaverit. Ubi vero
 Ministri Divini, ab Israëlitis plane diversi, fata adumbran-
 tur, ut in hoc 7. versiculo palam est, nemo tantopere in
 sensus vera accommodatione hæsitabit. Quod cum anim-
 adverterent interpretum alii, (nuperrime STAUDLIN) igi-
 tur prophetam ipsum esse personam de se suisque lo-
 quentem judicarunt, multis vero immo majoribus se
 implicuerunt difficultatibus, quas adferre jam non vacat.
 Satisfecisse nostro consilio putamus, quum veterum pre-
 mentes vestigia interpretum, textusque analogiam vindic-
 antes, Mesliana fata testatissima hisce verbis depicta li-
 berrime pronuntiamus.

Vers. 17. בנין puncta habet quasi a בנים filii, &
 forte filii appellari poterant, qui restaurarent rempubli-
 cam Judaicam; sed cum plerique Veterum explicuerint
ædificatores, (και ταχυ οικοδομηθης, Alexandr) & hæc in-
 terpretatio apprime in sequens hemistichium quadrat,
 nec analogiæ lingvæ repugnet forma בנה in Participio a
 בנה *ædificare*, eandem merito textuali præferendam duxe-
 runt plerique Recentiores.

Vers. 18. תקשרום ככלה *alligabis istos quemadmo-
 dum sponsa* scilicet solet adjungere sibi omne ornatus ge-
 nus. Concisam dictionem eodem modo Alexandrinus
 explicuit: *ως κοσμον νυμφη*, unde tamen nemo cum LOWTH
 & KOPPE inferat, vocabulum aliquod in textu desiderari,
 quod exprimat *κοσμον ornatum*. Sensus minime dubius;
 Sionitica urbs in sinum suum recipiet omnes suos cives,
 e captivitate reduces, eosque sibi in insigne decus &
 lætitiã adjunget, perinde ac sponsa ornamenta sibi ad-
 po-

ponit. Bene DOEDERL: "Insolentior dictio non est ad vivum ressecanda, sed unice harendum in idea ornatus".

Caput L.

Vers. 2. Primigeniam notionem verbi בראש foetere non animadvertit Græcus, aut verbum ראש exarescere cogitabat in vertendo: Ἐνεανθησονται οἱ ἰχθύες αὐτῶν. Male vero lectionem textus sollicitavit LOWTH, lubrica hac usus auctoritate. Sensus est: foetent pisces maris, ubi aqua nulla, s. desit,

Vers 10. Formam Participialem ראש idem Græcus una cum Syro in Futurum ראש permutavit haud absurdo sensu: ὑπακούσατε τῆς φωνῆς τῶν παιδῶν αὐτῶν, ad stipulante quoque LOWTH, sed præter necessitatem. Posteriori enim hemistichium continet apodosis prioris, nec difficile erit definire, quo consilio propheta hanc proposuerit questionem: quis inter vos timet Deum, quis obtemperat ejus ministro, confidunt is & speret? Præeunte DATHE, DOEDERLEIN, HENSLER, SCHERER cet. est hæc oratio ad excitandum pios Dei cultores accommodata, atque sequenti versiculo e diametro opposita, ubi impii atque profani taxantur & justum ad supplicium condemnantur. Ceterum sub nomine ministri Divini Messiam indigitari, contextus docet, nosque ad Cap. præced. vers. 7. probavimus.

Caput LI.

Vers. 5. Multum licet desudarint Critici hodierni in emendando Masorethico textu, cujus verba: זרעי עמיה שפמו brachia mea (l. brachium meum) judicabunt gentes in-

infolentiozem redolent idiotismum, nostro tamen ex iudicio minime opus erit mutatione, multo minus ex Alexandrina versione quidquam adjuncti capiatur. Etenim error illius vel inde patet, quod bis repetitam iudicaverit sententiam: *και εις τον βραχιονα με (εθνη) ελπισαν*. Quis vero aut anomaliam quandam constructionis hebraicæ taxabit, aut *יערר* in plur. num. mascul. generis, collatis locis Gen. XLIX. 24. 2 Reg. IX. 24, non agnosceret, aut iudicandi ideam ad Divina beneficia non ultro transferet? Per summam suam potentiam (brachium) Deus gentes restituet, iuraque illis dabit, adeo ut tuto huic suæ potentiae confidere possint.

Vers. 13. Particula similitudinis s. connexionis *כ* in *רשכ* non proflus otiosa est, nec testimonio antiquorum destituta, quamquam frustra Græcum interpretem contra textum excitet *LOWTH*, quasi *קריציה* in suo exemplari habuerit. At vero *ὁν τραπεζον* manifesto exprimit Hebræum *רשכ*. De cetero nemini ignotum esse potest, liberiores fuisse veteres translatores in vertendis particulis, atque cum aliis commutandis.

Vers. 19. Prout vulgares editiones habent: *רנהמך* in prima persona, maxime quidem incommoda est lectio, nullum in syntaxi Hebræorum habitura præsidium; In tertia autem Persona Veteres omnes legisse videntur (Gr. *τις παρακαλεσει σε quis consolabitur te*), consentientibus omnibus hodierni ævi Criticis, præter *Michaelis*, qui integram dictionem e textu excidisse censuit, Chaldæi laudans paraphrasin, quæ tamen ipsa tertiam & primam conjungit personam. Hinc saltim patet, antiquitus jam errorem in codices irrepisse, nec audiendi sunt, qui textus lectionem vindicare student, supplendo *כ* ad pron-

no-

nomen מַי per quem consolabor. Durior ejusmodi ellipsis exemplo utique caret.

Caput LII.

Vers. 5. Pro ambigua interpretatione vocabuli מְשִׁלִּים, *dominatores ejus*, (cujus lectio a Masorethis ipsis stabilita est) variam quoque & plane mixtam formam induit verbum: יהלילו, adeo ut ad binas radices referri, levi permutatione possit ac debeat, quemadmodum jam antiquitus a se invicem disenserunt translatores. Quodsi enim subjectum putentur esse principes Judaici populi, in exilium una cum populo abducti, aptissimum quisque judicabit legere: יהלילו *ejulabunt*, deplorant casum suum, & de salute reipublicæ graviter queruntur. Eundem in modum Græcus Alexandr. *αλαλζετε*, Symmach. *κλαυζασι* & Syrus *מילילין שלושנייהון* transtulit. Verum enim vero, licet non negandum sit, מְשִׁלִּים apud Jesaiam sæpius indicare reges & principes hujus populi, nec insolitum prophetis sit, reges ipsos ad lamenta provocare, longe tamen convenientius est in hocce contextu, *dominatores de novis Judaicæ terræ dominis tyrannisque, Bablyoniis exponere*, qui miserum populum male tractabant atque in captivos suos insolenter se gesserant. Proinde legendum sine dubio est: יהלילו *ostendant, jactitant se*, ut rite Chaldaus & Vulgatus, (*iniquè agunt*) adprobantibus plerisque Recentioribus; (HENSLEER tamen & MICHAELIS formam Poel יהגילו *insaniunt*, præferunt, haud absimili sensu). Bene DATHE hanc confirmat lectionem; "sequens enim membrum docet, sermonem esse de insolentia, qua Chaldæi populum Judaicum traxerant cum contemptu Dei Israelis".

Vers.

Vers. 6. Otiosum quidem videretur esse posterius לכו, quare in multis versionibus antiquis quoque o-mittitur, sed neque emphasi caret ejusmodi repetitio in-textu hebræo.

Vers. 15. Diversitatem lectionis תהוהו annotarunt LOWTH, AUGUSTI e Græco, quem laudant opportune transtulisse: *θαυμαστονται* ex hebræo יהוהו *videbunt*. Neque refragabimur tantopere, ita fortassis hebræas litteras no-minato interpreti depictas fuisse; sed per errorem quem-demumcunque id evenisse, satis clare patet, quia ceteri omnes antiqui textum vindicare videntur. Latin. *obstu-puerunt*, Syr. *expiabit*, Chald. *disperget*. Summa vero hæc fluctuatio antiquiorum ortum suum duxit ex diver-sa verbi יהוה significatione, quam usus non modo he-braicus, verum etiam Arabicus, frequentavit. In he-braismo quidem Biblico alio non obvenit sensu quam *aspergendi*, inprimis in ritibus sacrificialibus, ubi additur nomen דם *sanguis* aut מים *aquæ*: unde quoque Syrus, comprobante DATHE, hoc in loco *expiandi* ideam admisit, quasi propheta gentium omnium restitutionem per Messiam, Dei ministrum, factam heic quemadmodum in sequenti Capite indicaverit. Elegantissimæ quidem huic interpretationi obstat tum syntaxis hebræa, quæ nomen aliquod prædicati instar, una cum particula לו sive לוהו, הוה requirit, tum quoque parallelismus sententiarum, quo prælucente constabit, prius hujus versiculi membrum continere descriptionem consternationis gentium regum-que omnium, posterius vero ipsam causam, cur in tan-tum stuporem abriperentur omnes. His potissimum de causis aliam ex Arabicæ lingvæ usu exsculpere necesse est significationem, sive *exultandi præ bilaritate*, ut DOEDERL., MARTINI, SCHRÖDER, sive *addictum sibi faciendi*,
pro-



propensum, *conciliandi*, ut SCHER. SCHUIZ cet. sive, ut melius judicamus, *obstupescendi*, *vehementiori impetu ruen- di*, concitatum esse, quo sensu bene Vulgatus explicuit, & ipse contextus optime cernitur coherere. Univerſa enim factorum ac eventuum minime expectandorum ſeries, de celebratiſſimo Dei miniſtro enunciata, nihil niſi ſtuporem, admirationem & ſummam mentis conſternationem gentibus quibuſcunque adferet. Ceterum, quis analogiam hujus & præcedentis verſus in ſingulis diſtinctionibus atque ſententiis non ultro inveniet?

Caput LIII.

Vers. 3. Verba: *אֲנִי הָיִיתִי אֲנִי אֲנִי* *agnitus*, *notatus morbo* h. e. gravissima plaga affectus, longe melius exprimunt afflictum statum Divini ministri, quam versio Alexandr. *ειδώς φερεῖν μαλακίαν*, activam præferens formam *אֲנִי אֲנִי*. Symmachus tamen textui convenienter habet: *γνωστος νοσῶ*. Quem vero ministrum talia infanda passum descripserit vates Divinus, non omnino obscurum esse putamus, dummodo grammaticæ verborum interpretationi inhæremus, atque Novi Testamenti scriptores consulimus. Usu tamen multis invaluit recentiori nostro ævo, exactissimam hanc deferere explicandi rationem, atque infinitos congerere scrupulos, immo conjecturas quasvis ad prohibendam ideam Messæ, Servatoris sanctissimi excogitare. In qua ipsa sententiarum summa diversitate, penitus tamen intelligitur humanæ mentis inconstantia, infirmitasque. Nostri vero non est consilii hanc omnem excutere opinionum farraginem, sed ablegamus lectores ad conspectum, quem dedit Auctor libri: *Exeget. Handbuch*. At ne perperam credant levioris forte ingenii homines, conclamatam prorsus esse de anti-

qua & grammatica hujus Capi is expositione, laudamus merito ex nostratibus, acutissimos interpretes, STORR, MARTINI, SCHERER, LOWTH, DATHE, HENSLER, CUBE, ceteros ut taceamus, qui exegeticis innixi principiis, nulla temporum obliterandis injuria, propheticum hoc de Messia vindicarunt oraculum. Quod vero ad dissentientes attinget, quorum laudem nostra minime culpa deterere volumus, neutiquam ipsis invidemus, miramur tamen. Quis enim, ut breviter non nihil animadvertamus, non sponte intelliget, ministrum Divinum, a propheta celebratum, longe aliam esse personam, a populo ipso Judaico, & propheta, quorum mentio & aperte & tacite injicitur, sollicitè distingvendam. Immo Chaldaeus paraphrastes ad Cap. LII 13. expressis verbis hunc ministrum Messiae insigniisse nomine deprehenditur. Quod cum Rabbini omnes tum temporis agnoverint ac bene intellexerint, mirum est a Christianis non intelligi.

Vers. 8. Fortiora argumenta, pro allata in præced. interpretatione, vix addere possumus, quam quæ ex universa serie verborum hujus & 9 versiculi desumuntur; atque crederes omnino prophetam exactissime fatalem cruentissimamque Servatoris mortem descripsisse. Etenim postquam antea summam hujus ministri afflictionem atque patientiam incredibilem generalibus terminis enarravit & ex ovium mactandorum similitudine illustravit, mox hæcce subjungit *ex angustia atque judicio* (crudelissimo tribunali) *abreptus est* (violentissimo modo, adeo ut, quum ipse causam suam non diceret, sed prorsus sileret), *ne unus quidem esset, qui vitam ejus & mores inquireret; e vivis tollitur atque propter populi peccata usque ad mortem excrucietur; parant ei sepulcrum cum maleficis, sed cum divitibus* (nobilissimo modo) *tumulum habebit erectum; quippe quia nullam fecerit injuriam, nec fraus ulla*
in

in ore ejus inveniretur. Quis nexum & velut gradationem sententiarum non sponte intelliget, prout vatis ipsius phantasiæ eadem obverlabatur. E carcere in judicium, e judicio violenter nemine eum ejusque vitam defendente raptatus, ex vivis ad mortem, populi propter scelera, sublatu plagisque affectus, contumelioso maleficorum damnatus ac destinatus sepulcro, generoso tamen more divitum tumuli honestioris condecoratus monumento, innocentissimus hic omnium gentium sospitator exitum habuit longe miserrimum, stupendum, mirabilem. Huic innixi analogiæ ac parallelismo rerum verborumque, non possumus non textum hodiernum in ceteris omnibus vindicare, præter verba: מפשע עמי נגע למו, quorum originaria facies hæc fortassis fuerit: מפשע עם ינגע למות *propter peccata populi excruciatu est ad mortem usque.* Vocabula enim מות & חיים sunt sibi invicem opposita, licet ad eandem sententiam flectantur, quemadmodum in priori hemistichio משפט & שוח videntur ad sensum synonyma esse. Prævit nobis quoque Alexandrinus interpret, qui transtulit: *ἔχθη εἰς θάνατον*; nec difficile est ad perspicendum, litteram ת e למות e textu excidere quemcunque per errorem codicum antiquiorum potuisse. Origenes vero jam suo aevo textum ita restituit, eumque secuti sunt testem, recentiorum haud pauci Critici, CAPELLUS, LOWTH, KENNICOTT, MICHAELIS, KOPPE, probabili sane de causa; Ex ipsa nempe ceterorum interpretum, præsertim Chaldaei & Vulgati, mira explicatio-
ne apparet, hunc locum in codicibus hebraicis haud incorruptum fuisse; Judaeos vero, quibuscum sapius disputabat Origenes, non prorsus hanc textus hebraici difficultatem, varietatemque pernegare potuisse, ex iis quæ Kennicottus attulit, evidenter patet. Vindicias præterea

hujus lectionis למוֹת dabit versus 12 hujus Cap. ubi similis fere sententia repetita deprehenditur.

Vers. 10. Neminem offendere poterit forma Hiphilica: הִחֲלִי *immo afflixit eum* Jehova, quæ utpote ulterior explicatio prioris dicti debet censerī. Non ergo opus est cum Vulgar. & Alexandr. nominalem formam eum præfixo sive כּ sive מ, præferre. (Al. καθάρισαι αὐτὸν ἀπὸ τῆς πληγῆς.) Frustra quoque nonnullos Criticos offendit vocabulum הִחֲלִי, 3. femin. sing. Fut. Hiph. quod Græcus male transtulit in 2. perf. plur. εἰαν ὄωτε; quare convenientius judicarunt alii in 2. perf. singul. ad Deum referre hoc sensu: *si tu, Jehova, potueris animam ejus expiare*, alii mutatam lectionem הִחֲלִי cum Rabbinis substituere. Facillime vero nosmet expediemus ab omni duritate constructionis, si cum Cappello atque plerisque teneamus, nomen נַפְשׁוֹ *anima ejus*, esse nominativum & pronominis loco explicandum, quemadmodum multis omnino locis aliis occurrere notissimum est, e. g. Jud. XVI: 30. ubi Simson dicit: נַפְשִׁי חָמַת *ipse ego jam moriar*; Jesai LV: 2. נַפְשֵׁיכֶם תִּתְעַנּוּ *delectabitur anima vestra* h. e. vos ipsi delectabimini. Eundem ad idiotismum hic locus reddatur: *Ille ipse (anima ejus) ponet sacrificium expiatorium*, perficiet ea, quæ ad expiandum populum pertinent. Neque impedit quod sequ. 12. vers. idem nomen נַפְשׁוֹ in Accusat. casu jungatur cum: הָעֵרָה לְמוֹת *vitam suam morti tradidit*; longe alia enim est hujus syntaxeos ratio, ut patet ex addito præfixo ל. Duram præterea jejunamque conjecturam MICHAËLIS, pro מֵאָמָה *quia*, aliis punctis מֵאָמָה *mater*, substituentis hoc sensu: *mater (populus scilicet Judaicus, Ecclesia Judaica) ponet animam ejus in sacrificium expiatorium*, vel inde refellere juvabit, quod ipsius rei veritati contrarium sit statue-

tuere, Judæos id egisse, ut Jesum in sacrificium ejusmodi exhiberent.

Caput LIV.

Vers. 8. Omnium fere recentiorum consensu vocabulum ἀπὸ ξ λεγόμενον הַיָּשׁוּ ex Arabismo explicari debet, de *vehementi*, *duro*. Alex. μίσην dedit ex mera conjectura.

Vers. 9. Verba כִּי מִי *sicut aqua*, seorsim leguntur in vulgaribus Editionibus & MSS. plerisque; sed quum Antiqui omnes interpretes junctim legerint כִּי מִי *sicut diebus*, atque hæc scriptio longe commodior, immo in præsentī contextu necessaria sit, prætulerunt eam tantum non omnes. Græcus solus quidem pro כ legisse videtur Δ, & מִי ad מים perperam traduxisse: ἀπο τῆ ὕδατος τῆ ἐπι Νωε κ. τ. λ.

Vers. 13. Cum textuali interpunctione בְּנֵיךָ *filiī tuī* consentiunt antiqui omnes. Enim vero quum bis legatur, nec frequens vel usitata sit ejusmodi parallelismi ratio, qua idem verbum repetitur in utroque hemistichio, immo quoque antea v. 12. descripta sit restitutio urbis Sioniticæ, multi in eam inducti sunt opinionem, prius legendum esse בְּנֵיךָ *adificatores tuī* edocti erunt a Jehova. Quam interpretationem bene quidem exornavit SCHERER in suo *Bibel Commentar*) nos tamen minus necessariam censemus, quia genio hebraicæ poëseos minime repugnat, eandem vocem interdum repetere, atque Jerem. XXXI. 34. sententia huic loco similis obvenit.

Caput LVI.

Vers. 5. Liberiorem syntaxin pronominum להם (plural, num.) & לו (singul) in utroque membro, hujus vers. nemo injustius carpat aut corrigat, quum usus lingvæ hebrææ eandem tueatur; Versiones antiquæ omnes rite efferunt in plur. numero, *δωσω αυτοις dabo eis*, cet.

Vers. 7. Ad verba hebræa: וְעוֹלְתֵיהֶם וְזַכְחֵיהֶם nonnulli Critici supplendum in textu putarunt verbum Substantivum וְהִי, quemadmodum Græcus habet *εσονται* — Vulg *placebunt*; & bene quidem, ut fatemur, ellipsis hunc in modum explicetur oportet, repugnat vero linguarum Orientalium genius frustraneæ conjecturæ, nec quidquam concisiori stilo originali, qui in poëmatibus præsertim conspicuus est, addere opus. Similem morem Latinorum poetarum bene exposuit JANI de *Arte Poet. Lat.* p. 179-195. "et profecto miserrima foret omnium linguarum, in qua nullus esset ellipsi locus".

Vers. 10. In nova hac oratione prophetica, qua describit vates sui seculi mores jamjam deperditos, maxime propter sacerdotum ipsorum & doctorum summam levitatem ac intemperantiam, quæ fortassis ad Manassis tempora optime accommodari & de initio imperiî hujus impiî regis jure pronuntiari poterit, congesta videntur esse verba, dignioris fortis homines reprehensura. Offendit autem ἀπαξ λεγόμενον דמיה, quod ab Arabico *دعس* *delirare* multi quidem insignem Interpretem MICHAËLIS secuti, exponere conati sunt de vatibus falsis, qui prudentiores ipsi videri voluere sed delirare ac somniare deprehendebantur. Neque laudem huic ingeniosæ derivationi omnem denegare possumus, quia in rarioribus vo-
ca-

cabulis hoc utique adminiculum ex dialectis supererit dignoscendis. Interim tamen fateri cogimur cum DOEDIKL. obscurum adeo & in codice Sacro alienum vocabulum הוה, redolere quoddam scriptionis vitium, propter cognitionem ejusdem cum longe tritisimo vocabulo הוה; & ad fidem pronum est, Jesaiam vix omittere potuisse vulgatissimam hanc denominationem vatam, ווה *visorum*, cum parallelis aliis usus fuerit nominibus ופס, *speculatoribus*, ופסר *pastoribus*, doctōribus. Atque hunc certe textum ante oculos habuere antiqui, Alexandrin. *ἐξυπνιαζόμενοι Somniantes* Vulg. *videntes vana* Symmach. *ὄραματίσθαι*. Sensus tamen in utroque textu idem.

Caput LVII.

Vers. 2. Haud omnino perperam quanquam liberius, nec ad expressam textus litteram exposuit Græcus Alex. hunc verbum ita: *ἔσαι ἐν εἰρήνῃ ἢ ταφῇ αὐτῆ, ἢ γὰρ ἐκ τῆ μεσῆ*, etenim de beata morte justī ac pii hominis agitur; immo totius orationis series atque verborum usus summam piorum post hujus vitæ miserias fruendam tranquillitatem, pacem requiemque indicat; *postquam a malo omni malisque civium suorum odiis ablatu fuerit justus, in pacem abit, & quicumque recta ambulaverit via, in cubili suo requiescet.* Disimulandum tamen non est, verbis textualibus inesse quandam difficultatem & dictionis insolentiam, quam vario modo tollere nituntur Critici. Sententia enim: *על משכבותיו requiescunt in cubilibus suis*, in Plur. numero prolata, male construi videtur cum: *הולך בכוחו ambulans in integritate sua*, quod in Singulari enuntiatur numero; quare hunc in modum verba hebræa distinguenda syadent MICHAËLIS, LOWTH, PAU-

PAULUS, *Exeget. Handbucb*: ועל משבוי הם *requiescit in cubili suo integer*. Quum vero pluralem formam fervilius praeferant Chald. & Syrus, haud renuente idiotismo hebraici sermonis, vulgaris verborum distinctio sine dubio vera reputetur; sensus tamen idem. In ultimis verbis Græcus cum נסוהו commutavit; Vulgatus autem bene: *qui ambulavit in directione sua*.

Vers. 3. Ad תונה *scortatur* suppleatur ellipticum אשר quo facto synonymum erit hoc vocabulum participiali formæ: מננה, nec justa erit causâ receptam deferendi scriptionem. Gr. *σπερμα μοιχων και πορνης*.

Vers. 8. מנתי גלות *migrasti a me*; apposite Alex. απο εμης αποσης; Verbum enim גלה & in Kal & Piel *migrandi* tenet notionem.

Vers. 10. Ambiguam locutionem מנתי ידך *animalia manuum tuarum* h. e. idola, quæ manibus tuis (arte humana) fabricata sunt, miro modo transtulit Alexandrinus: *οτι επραξας ταυτα*, hebræogræca scriptione fortassis delusus, ΧΙΑΤΤΙΑΔΚΜΑΣΑΤ, unde particulam כו & verbum עשה cum pronomine נתה eodem jure potuit cogitare, ac textualia verba allata. Alias vix patet erroris causâ, in textu non prorsus obscuro.

Vers. 11. Non prorsus improbandam censemus conjecturam Recentiorum Criticorum, pro מעולם *inde a longo ævo*, legere jubentium מעלם sine ו, in participiali forma verbi עלם, quod in Samaritana dialecto valet: *negligere, connivere*, & in hebraismo *abscondere*, quemadmodum etiam Alexandr. transtulit: *παρρηω* & Latinus: *non videns*, immo quoque 27 MSS. cod. & 3 Edition. tex.